



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

39 Innocentius Arcadium humiliter supplicantem ad sacrum Eucharistiae  
Sacramentum sumendum restituit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

rum mysteriorum Christi Dei nostri, Episcopum etiam omnem, aut clericum ordinis sanctae Dei Ecclesiae qui administrare, aut exhibere ea auctor fuerit, ab ea hora quia prelentes vinculi mei legeritis litteras dignitate sua excidisse decerno. Baro. in lib. Annal. Eccles. ead. tom. 5. Anna 407. pag. 258. circa si. & pag 259 in princ.

<sup>36</sup> Archadius vero ad Innocentium ita respondit, + Norunt omnes homines mentis compotes commissa per ignorantiam, aet divinitus, nec per leges puniri, neque adeo quemquam alterius nomine supplicium suere. Omnino, o Pontifex Dei, ne quicquam eorum, quae in legatos audacter perpetrata sunt, sciente me factum est, id que ex eo perspici potest, quod eos, a quibus illa orta sunt, severo ulti sum, neque quod magnus ille Ioannes depositus sit, ultra in me culpa ejus rei inhæret, sed infelibus Episcopis: ubi autem erit pœnitentia bonum, nisi ijs, quos pœnitiat, venia tribuatur: Igitur, si nos quidem ex pœnitentiis non essemus, merito aditus ad veniam clauderetur; & si accusavimus, & condemnavimus nos ipsos, ab his, quae male egimus, ne bono quidem pœnitentia, quod quidem veniam est, excidamus Quod quidem propterea scripsi, ut mansuetudinem tuam certam redderem, nos, nihil eorum cognitum habuisse, quae nostris <sup>37</sup> Antistibus, & clericis acciderunt, cuius rei testem benignum illum Deum imploramus; Nimirum purus, & innocens sum, quod ad ipsorum condemnationem attinet, quippe cum eorum communione sim usus, causa nihil erat, quamobrem eos affligeremus, Quod autem attinet ad Eudoxiam, scito me illi parum moderatae proportione delicti mercedem retulisse: Quo

lane factum est, ut ex eomotoris, & angustia, difficii gravissimaque correpta <sup>37</sup> egitudo decumbat, + igitur, quod superest, enixè te obsecro, ut nos a segregatione liberes, nec multipliciter punias, non enim ipse Dominus idem ob delictum huius hominem percutit. cum Innocentius alia epistola, inquit, studium, diligentiamque vestram Dei præscripto, & voluntati consentaneam, quam propter ipsius nomen declarasti, accepimus, & probavimus: Quapropter sacris à vinculis soluti ad signa dominica confirmatis animis accidite. Baron. ead. tom. 5. fol. 259.

Non longè post Eudoxiæ patratorum in S. Ioann. Chrysostomi scelerum ultio dilata fuit, + quoniam non ultra tres menses ab obitu S. Ioannis supervixisse traditur. Genus autem ejus mortis ita contigisse describitur. Cum pregnans esset, iamque partui vicina foret, fœtus in utero extintus est. ac, cum eum edere vellet, nequivit, totosque dies quatuor mortuus fœtus in utero retentus computruit, atque uteri quoque abscissum effecit, cumque, neque exiret fœtus, & dolorum finis non esset, quidam ei litteras magicas superposuit: quare & statim ejicit mortuum fœtum, & simul animam miserime efflavit. Baron. ead. tom. 5. Ann. 404 pag. 220.

Nec Arcadius + Imperator, quamvis iunior esset ætatis, trigesimum primum tantum annum agens, ut per Baron. ead. 10. 5. Anna 408. in princ. diu superstes fuit, cum vix Chrysostomo quadriennium supervixerit, ut ulciscente Deo palam factum sit, quanto periculo Principes eos insequantur, de quibus illa tam terribilis præcesserit comminatio Christi, Quia tangit vos, tangit pupillam oculi mei, & qui scandalizaverit

veritum de pusillis istis, qui in me cre- 41  
du it; expedire ei, ut suspendatur mola as-  
naria in collo ejus, & demergatur in pro-  
fundum maris, *Matth. cap. 18. Marc. cap. 9,*  
*Luc. c. 17. & Baron. ead. pag. 220.*

40. Alii etiam persecutores † Joan. Chry-  
sostomi vindicta divina fuerunt percutti:  
Quorundam enim Episcoporum, & laico-  
rum corpora morbus assumens variis cru-  
ciatib⁹ agitabat, lenta febris intestina de-  
pascens, puritusque intolerabiles totam  
superficie unguibus levabat: Longi quo-  
que intestini perpetui dolores, & cholici  
passio, cuiusdam pedes intercutanei morbi  
istar, nimia inflatione turgescerat. Alii,  
nimia humoris redundantia ad manus ul-  
que derivantis, eos, qui male subscripte  
digitos misto frigori incendio fuerunt ex-  
cruciati. Alium aqualiculi tumor, &  
putredo ex secreto parte corporis in longum  
se extendens, & vermes gigantes  
criter vexabant, respirandiq; difficultas,  
omnium intensio membro um, imagi-  
ne q; nocturnæ in canes rabiosos, &  
districtis gladiis barbaros, & vocem hor- 42  
rendam transeuntes insomne, somnum  
que ducebant: Alius equo lapsus, dextro  
fracto crure, continuo vitam cum morte  
commutavit: Alius, amissâ voce, octo  
mensibus emarcuit in lecto, qui nec man-  
us ad os apponere poterat: Alius vivens  
crura sensim usq; ad genua per triennium  
urebarur, chrysipeli molestè fatigatus:  
Alius inflata lingua cum febre vehemen-  
ti non valebat eam in præstitutum à na-  
turali locum cōfinete, in pugillari scribens  
conficebatur scelus suum, & sic videbatur  
iram divinitus illatam, variis in auctores  
mali sacerdos modis. *Baron. lib. annal. ec-  
cles. tom. 5, Anua. 404, pag. 219, post med.*

Cyrinus vero Episcopus, † qui con-  
dem Joannem convitiis exagitaverat, at-  
que eum contumacem sepius vocaverat,  
acerbe excruciatus, afflitusq; fuit, ut pes  
ejus presceret, & propriea necessitate  
adductus, cùm à corpore illum absconde-  
ret, legationem non semel tantum, sed se-  
pius passus est, quoniam mali contagio  
per universum corpus irrepit adeo, ut al-  
ter per ea infectus similiter amputatus sit.  
*Baro. anno 404. eod. tom. 5, pag. 11. in princ.*  
Impium quoque Veremundi II. legionis  
in Hispania Regis factum Deus vendica-  
vit; nam quod ille in vincula conjectisset  
Ouetensem Episcopum tamdiu cessavere  
a caelo pluviae arente omnino terra, quā-  
diu Episcopus detentus est: ast illo di-  
misso, respicienteque Rege, rediere plu-  
vias, terraque humor, quo miraculo per-  
territus Veremundus, in se rediens, pe-  
nitentiam ab Episcopis positam piè per-  
egit. *Roder. Palent. par. 2, cap. 22. & Ma-  
jol. de admir. nat. reb. colloq. 1. pag. 54.  
in fin.*

42 Henricus VIII. † Angliae Rex, qui in-  
ter alia de religione Catholica decreta  
contra Lutheranos edixerat.

Primo, in Eucharistia sub panis & vini  
specie post consecrationem esse corpus,  
& sanguinem Christi, nec amplius rema-  
nere substantiam panis, & vini.

Secundo, comunicare sub utraque spe-  
cie, non esse omnib⁹ necesse ad salutem,  
& sub alterutra esse totum Christum.

Tertio, non licere nuptias sacerdotib⁹.

Quarto, vota castitatis esse præstanda.

Quinto, Missas privatas retinendas.

Et sexto, confessionem auricularē esse  
ad salutē necessariam, ac iis, qui secus do-  
cerent, uti hereticis, supplicia gravissima

O con-

